Hec sunt sine condempnatorie late locte pronunciate et promulgate in curia
castri de napola pro dno grassen presbitero per nobilem et circumspectum virum
dnum guillelmum bartholomei iudicem totius terre et iurisdictionis dci dni grassen
presbiteri in quadam banco fusteo ante domum discreti viri petri rostagni dicti loci
pro dicto dno presbitero bauli que locum ad hunc actum pro tribunali elegit et
pro dicto dno presbitero bauli que locum ad hunc actum pro tribunali elegit et
finem primum parlamentum sui regiminis vote preconia ut moris est publice
divulgatum facientem sub anno incarnationis dni millesimo cccc xiiii die quinta
mensis decembris et hora tertiarum presentibus ibidem discreto viro petro rostagni
bauli pronunciato andrea rostagni sindico johanne goini johanne alberti et aliis
porrorie necnon et diversis aliis dci castri de napola ibidem ad premissa et infra
scripta congregatis

Et in primis quia constat nobis dicto iudici per propriam confessionem
petri rigaudi castri de napola et ad denunciationem petri barreme de grassa
super eo videlicet quod cum ipse delatus fuisset pignoratus ad instantiam dci denuncie
de uno garlayrono annone pro quadam tala per vacas ipsius delati commissa
et per nuncium eiusdem curie ipse vero delatus dictum garlayronum sine
licentia dce curie et absque solutione dce tale calcari fecit et annonam eiusdem
garlayroni recollexit et secum quo voluit transportavit sic in premissis
graviter delinquendo et in penam iuris temere incidendo idcirco
nos dcus iudex quia non probavit quod asseruit in sua deposicione ipsum
delatum condempnamus in solidis corum tremita quinque — s xxxv.

Pro quo fidevissit guillelma eius uxor etc

Item quia constat nobis dicto iudici per propriam confessionem
johannis goini castri de napola et ad denunciationem johannis
filipini de grassa super eo videlicet quod cum ipse delatus vendidisset
johanni pitanini eiusdem loci omnes tonnos quos haberet et recu
peret in sua tonayra de certa die inter eosdem quinta usque festum
paste et certo pretio inter ipsos facto pro quolibet quintali ipse vero
delatus certos tonnos anthonio filioli pistatori civitatis digne vendidit
ipso johanne pitanini cui primitus dcos tonnos vendiderat iustio
et ignoranter sic una rem duobus dnis sive personis vendendo et
in penam iuris temere incidendo idcirco nos dcus iudex ipsum
delatum quia non probavit quod asseruit condempnamus in solidis
corum viginti quinque amitigata pena propter eius paupertatem — s xxv.

Item quia constat nobis dco iudici per propriam confessionem dci
delati et ad denuncie supradicti johannis filipini super eo videlicet quod ipse
delatus altercando cum dicto denunciante in presenti loco de napola et
in iudicio coram bauli eiusdem curie ipse delatus suam lignam ad
maledicendum habendo propter maliciose et iniuriose in presentia dci
bauli irreverenter iuravit de deo dicendo per lo fege de dieu
sic in premissis graviter delinquendo et in penam iuris temere
incidendo idcirco nos dcus ipsum delatum condempnamus
in solidis corum quinque — s v.

Solvit in heredibus an
gelii cap. grassen
dnus bartholomeus rostagni
dcus condempnacionem
et ideo cancellatum

Item quia constat nobis dicto iudici per propriam confessionem
bartholomei rostagni castri de napola et ad intimationem hugonis
alasendi tunc bauli dci castri et ad denunciationem ut ponitur
sibi factam per stephanum vitalis eiusdem castri super eo videlicet
quod ipse inquam delatus non verens quam grave et detestabile sit officium
magistratus in se assumere cum ipse stephanus denuncias faceret